

SIXTUS PP. V

Ad futuram rei memoriam. Ex n(ost)rae provisionis debet provenire subsidio ut ea quae de Romani Pontificis benignitate ad animarum salutem processerunt, l(itte)rarum desuper confectarum amissione suo non
frustrentur effectu. Hinc est quod nos tenorem quarundam l(itte)rarum fel(icis) rec(ordationis) Gregorij Papae xiij praedecessoris n(ost)ri in secretaria domestica ipsius praedecessoris repertum ex minuta originali de verbo ad verbum transcribi
et p(rae)sen[illegible] [illegible] est Gregorius [illegible] xiij. Universis christifidelibus p(rae)sentes l(itte)ras inspecturis salutem et ap(osto)licam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem caelestibus
bus ecclesiae thesauris pia charitate intenti omnibus utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis ac sacra communione refectis qui capellam sancti Nicolai eremitae sitam in matrici ecclesia
beatae Mariae Terrae Alcara [illegible] Messanen(sis) dioc(esis) incipiendo ab ortu solis diei xvij mensis Augusti usque ad occasum solis diei immediate sequentis singulis annis devote visitaverint et ibi pro christianorum
Principum concordia haeresum [illegible]tirpatione ac sanctae matris ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in D(omi)no
concedimus. P(rae)sentibus post decennium minime valituris. Volumus autem ut si aliàs christifidelibus dictam capellam visitantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuo vel ad tempus nondum elapsum duraturam
concesserimus eadem p(rae)sentes nulli[illegible] sint. Datum Romae apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxvij Decembris MDLXXXV. Pontificatus n(ost)ri Anno Tertiodecimo. Caeterum ut eadem l(itte)rarum
tenor p(rae)ius sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat auct(orita)te ap(osto)lica decernimus quod dictus tenor eandem vim habeat atque vigorem quem haberent originales l(itte)rae praedictae si forent
exhibitae vel ostensae. Dat(um) [illegible] na apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris d[illegible] xxv Martij MDLXXXVj Pontificatus Nostri Anno Primo.

Jo: Bap(tis)ta Canobius

Rescritto di papa Sisto V ((29 Aprile 1586) (Foto M. Saccone)

Dal volume "S. Nicolò Politi - Atti del Convegno - Alcara Li Fusi, 3 novembre 2007", Tip. A. Trischitta, Messina, 2008